1490

Premysliens. Terminos, Dilationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones, Appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa Omnia poenis Simplicibus, vel triplicatis, Ceasionibus, Suspensionibus, gratiarum terrestri Conventioneque ac alijs quibusvis omnibusq. Juris Remedijs, et Defensis non Subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa Omnia mediante.

Ijsdem Coniugibus Gnosus Stadnicki Bona sua Obligat.

Coram Officio, et Actis praesentibus Castren. Capitalibus Premysliens. personaliter comparens Gnosus Victorinus de Zmigrod Stadnicki Subdapifer Terrae Belzen. Sanus mente, et Corpore exns, a Terris Districtibus, Juribus, Jurisdictionibus q. suis quibusvis proprijs et Competentibus

1166 recedendo. Praesenti vero Castrensi, Capitali Premysliensi, quo ad Acti hunc attinet, totaliter, et plenarie Incorporando, atque Subyciendo, palam, publice libere, ac per expressum Recognovit. Quia ipse Bona sua propria, et haereditaria infrascripta nimirum Sortem certam in Villa Rzeczce Terra et Districtu Belzen. iacen. et Consistenty Cum Omni praemissorum Jure Dominio, Proprietate, tituloque Obligatorio, Omnibusque et singulis bonorum dictorum praefatae Sortis Utilitatibus, fructibus proventibus, redditibus, Commodis, emolumentis, Obventionibus, Jumagnis pratis, Campis, fundis, pascuis, Sylvis, bonis, gais nemoribus indaginibus, rubetis Virgultis, mericis, Villargis, hortis, gromanijs, pascuarys, Sepibus, Sepimentis, apisterys, apummellificys Stagnis magnis et parvis, piscinis piscinulis, lacubus, paludibus fluvijs, fluminibus, rivis, rivulis, torrentibus, aquarum decursibus Molendinis Tabernis horreis holodys, Granarys Structuris, et aedificiis quibusvis Subditis, Kmethonibus, Hortulanis Inquilinis, eorumq. Laboribus Censibus, Dationibus, Vecturys, Munys, Officys, et Obsequiis quibusvis attinentys et pertinentys gratis Universis Nil ex praemissis Juris, Dominij, proprietatis, ac Cuiusvis Competentiae, prosse. Recognoscente suisque Successoribus aut quo piam alio reservando. Cum Subditis ad eandem Sortem pertinen. in Contractu et Inventario eo Nomine specifica[ndis]

seu excipiendo, Verum ita Longè, Latè circumferentialiterque prout præfatorum Bonorum, memoratæ Sortis hæreditas se in suismetis et limitibus ab antiquo extendit, et extenditur, et prout eadem Bona prædictæ Sortis Ipsemet Generosus Recognoscens tenuit habuit et Possidebat. Ipsumque Concernebant, ac eidem Serviebant. Iam ex nunc et defacto Generosis Ioanni Brostowski, et Annæ Fredrurona Coniugibus legitimis, et eorum Successoribus in Summa Sex Millium florenorum polonicalium iam per se Recognoscentem levata et percepta, de qua præsentibus Quietatur, hinc à Festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime præterito ad Simile Festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime post annum Venturum incidens, et sese determinans, Et in defectu præfatæ eorundem Bonorum prædictæ Sortis Exemptionis, Summæque suprascriptæ realis, et integræ persolutionis extunc de Anno ad Annum pro simili Festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli sese determinans, et incidentes et sic Consequenter, de anno, ad annum, festo ad festum, annis et festis sese Continuè, et Immediate sequentibus usque ad Exemptionis Bonorum memoratæ Sortis Summæque præfatæ totalis et integræ, realis et effectivæ persolutionem Obligavit, Inscripsit, et Invadiavit, prout Obligat, Inscribit, et Invadiat præsentibus. In quæ quidem Bona Suprascriptæ Memoratæ Sortis, præmissaque omnia præsentibus per se Recognoscentem Obligata, Isidem Suprascriptus Generosus Recognoscens prænominatis Generosis Brostowskim Coniugibus Obligatoriis suis, et illorum possessis Coram officio præsenti Dat et Admittit realem Intromissionem, et actualem, pacificamque Possessionem per Ministerialem quemcunque competentem et Ntes duos, die quacunque voluerint officiose accedendi. Per ipsos Generosos Brostowskie Coniuges Obligatarios suos, et ipsorum Successores hæc eadem Bona, præmissaque omnia præsentibus Obligata cum Universis eorundem Bonorum utilitatibus et usufructibus, tenendi, habendi, et possidendi, illisque quietè et pacificè Utifruendi, ac ad suos, suorumque Successorum quosvis beneplacitos usus fructus liberè, et effectualiter Convertendi, Modo, ac Iure Obligatorio

de

1500

Debebit et Tenebitur memoratus Recognoscens Gressus Sub dapi=
fer terrae Beteer prout se, ac suos Successores in et super bonis
suis generaliter omnibus, ac summis pecuniariis quibusvis habitis
et habendis eisdem Gressis Obligatoriis suis Inscribit et Obligat prae-
sentibus, Ipsos et eorum Successores in dictis Bonis Sortis me-
moratis praesentibus Obligatis et ratione eorundem omnium praesentibus
Inscriptorum ab omni et quavis impetitione iuridica, quarumcunque
personarum, cuiuscunque Conditionis, Status, et Sexus cuiusvis existentium
exoriundis, in omni Iudicio et Officio Regni semper toties, quoties
opus fuerit, tueri, defendere, evincere, Intercedere, et liberare, In-
demnesque cum Posteris reddere, nec non hac eadem Bona memorata
Sortis praemissaque omnia praesentibus inscripta ab omnibus in genere Iu-
ribus, Inscriptionibus que prioribus, et posterioribus super praemissa omnia
praesentibus inscripta, cuicunque Personarum modo quovis factis, et faci-
endis: Tum etiam à quibusvis Citationibus, super eadem praemissa omnia prae-
sentibus inscripta et obligata importatis et importandis, Litis
denique et perlucris, Processibus Iuris quibusvis, in quocunque Pun=
cto et gradu Iuris dependentibus, et in quovis Iudicio, et Offi=
cio Regni obtentis, et obtinendis, ac super praemissis omnibus prae-
sentibus Inscriptis, modo quovis perductis et perducendis, emundare,
et eliberare, Mundaque et libera semper facere; ac etiam Intro=
missionem praefatam Coram Officio praesenti admissam, in fundo Bonorum
praefatis Sortis praesentibus Obligatis, dum per Ministerialem et
Nobiles duos Officiose requiretur, non denegare, imo debebit
et Tenebitur, eandem libere dare, et effectualiter admittere;
dataque et admissa eadem, Possessionem et Usum fructum praemissorum
quovis modo tam per se, quam per suas quasvis submissas et
Subordinatas Personas non praepedire, nec adimere, Ipsosque Obli=
gatarios suos, et ipsorum posteros in praemissis omnibus praesenti=
bus Obligatis nullo modo iniuriari, ita ut iidem Obligata

tarius suus cum suis posteris haec eadem Bona praesentibus Obli-
gata cum Universis praemissorum Utilitatibus et Usufructibus, quiete
et pacifice praesentis Inscriptionis Obligatoriae Vigore, Tenere, habe-
re et Possidere queat, illisque uti frui Possit usque ad Exemptionem
Bonorum eorundem praesentibus Obligatorum Summae suprascriptae
totalis et integrae ac Indivisae realem persolutionem. Idque sub
Vadio Similis Summae Sex Millium florenorum polonicalium, per eundem
Generosum Recognoscentem, sive illius posteros, memoratis Generosis Coniugibus
Obligatarijs suis, vel eorum Successoribus ob non completionem praemisso-
rum Omnium et Singulorum tam in toto, quam in quavis minima parte
toties, quoties opus fuerit ad Solvendum Succumbendo, Pro Quo quidem
Vadio modo praemisso ad Solvendum Succubit, ac re aliqua principali
ex praemissis, non Completa, Complenda, Citatus existens memoratus Re-
cognoscens Generosus Subdapifer terrae Betzensis sive ipsius posteri Ad Insta-
ntiam praenominatorum GG. Porzostowskich Coniugum vel eorum Successo-
rum ad officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense extunc recessu
suprafato, quo ad Respondendum Spectat mediante Semper in primo Ci-
tationis Termino tanquam peremptorio Stare, Iuri parere, Respondere
Vadium contractum Luere, Inscriptioni praesenti Satisfacere, ac omne iu-
dicatum pati debebit, et Tenebitur. Seque ac suos Successores ad eadem
eadem omnia Inscribit et Obligat praesentibus. illum Terminum
primum peremptorium Uti et alios omnes exinde Subsequentes, habendo
eosdem Terminos semper peremptorios, Vera infirmitate, pro Maiori Mi-
norennitate Successorum, legatione intra, vel extra Regnum, Servitio
Militari, ad munimenta, ad Evictorem, vel alijs quibusvis Dilationibus
et Legalibus impedimentis non differens, ad Quietationem contrea
ultra primos, et proximos Officij praefati Castrensis Capitanealis Premi-
sliensis Terminos Dilationem Sibi non recipiendo, nullasque moni-
ciones appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia pe-
nes Simplicibus, vel triplicatis exceptionibus, Suspensionibus, Foralis
Iuris, Praetensione Fori belli, Conventione, ac alias quibusvis Iuris Re-

1502

medijs et defensis non subterfugiendo, Nec modo quovis alio eradendo:
Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Idem Gnosum Brzostowski Quietat.

Coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliens. personaliter comparens Gnosus Victorinus de Zmigrod Stadnicki Subdapifer Terrae Belzens. sanus mente et corpore existens, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et Competentibus recedendo, Praesenti vero Castrensi Capitanealı Premysliens. Iurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet, se cum Successoribus ac bonis suis generaliter
1166 omnibus totaliter, et plenarie Incorporando, atque Subijciendo, palam, publice, libere, ac per expressum Recognovit. Quia ipse Gnosum Ioannem Brzostowski et ipsius Successores de Causa et Actione iudiciaria per se Recognoscentem eidem Suprascripto Gnoso Brzostowski ratione per ipsum Submissioni suae Sibi Recognoscentis Respectu Condescensionis de Bonis Villae Wankowice, atque Summae Sex Millium flor. polonic. in eisdem Bonis habentis receptionis data, Contraventioni, et eidem non Satisfactionis ad Iudicium Terrestre Premysliens. instituta, et intentata, deinde vero per Viam Remissionis ab executione ad Iudicia Tribunalitia Regni Lublinens. devoluta, eidemque agitata: Tum de quibusvis Decretis eadem in Causa obtentis et platis, quoque iisdem Executorialibus atque de Poena Banitionis perpetuae eadem in Causa obtentae et publicata cum eius publicatione ob plenariam et sufficientem Sibi Recognoscentis pro praemissis Omnibus Satisfactionem Quietat, Emittit, Dimittit, et Liberum esse pronunciat. Causam eandem et Actionem Iudiciariam, Decreta quaevis praesertim vero Executorialia atque Poenam Banitionis eadem in toto, et per omnia Cassat, tollit, mortificat, ubi huiusque Processus ratione praemissorum perpetuum Imponendo Silentium.

Gnosus Brzo-

[illegible]